

SERMO

LXV

assueri trepidat aggredi opa virtu-
osa ps. Trepida. timore ubi non fuit
timor. In cuius figura Gen. iij. Cain
punitus est a deo et sicut doctores tre-
more habuit capitis. in signum sepa-
rationis a deo. Secundo causat immobilita-
tem. quia si ambulare voluerit. aut pe-
nitus subsistet. aut retrocedet. aut
vnum passum ad dextram. et alium ad si-
nistram faciet. Sic etiam de triplici ge-
nere hominum dicit Augustinus. li. de can. no.
Tria sunt genera hominum quos deus
odit. scilicet remanentes. retro abeuntes.
et oberzates. Qui non proficit remansit
qui a bono proposito declinavit retro
abijt qui fide deseruit a via erravit
et subdit angusti. Remanentes ergo
sunt excitandi retro redeuntes reuo-
candi. errantes in via ducendi. Retar-
dantes enim sunt tepidi in via dei ne-
gligentes. Iheronimus. In via dei non progre-
di regredi est. Secunda cor. vij. Hora-
mur vos ne iniunctum gratiam dei reci-
piatis. Similes etiam sunt Asa regi
iuda qui in senio doluit pedes vtrius-
que hominis. vt habet. ij. Paralip. xvj. et.
iij. Reg. xv. Retroeuntes sunt qui ad
peccata preterita redeunt. similes vero
Ioth. Gen. vij. que videns retro con-
uersa est in statuam. que nec motum ha-
bet. nec sensum. In statuam autem salis. quia
tales sunt in signum et obdimentum bo-
nis. ne similiter ruant. Errantes sunt
qui modo ad dextram prosperitatis sup-
biunt sine gratiarum actione. modo ad
sinistram aduersitatis turbantur. et ira
scantur. Quo gtra. j. Re. vij. Vacce
que portabant arcam domini ibant mu-
gientes. non declinantes ad dextram
nec ad sinistram. donec veniret hech-
lames. In figuram quia penitentes por-
tantes iugum euangelicum gemere qui-
dem debent pro preteritis peccatis sed
inter prospera et aduersa. recto itinere

re ad celum tendere. Tercio pa-
ralisis causat insensibilitatem sicut
etiam voluptas. Voluptuosi enim quat-
tuor non sentiunt. videlicet diaboli tenta-
tiones eo quod eis sentiunt. diuinam
suauitatem quam punit amor mundanus
defectum imperfectum quam insensibili-
tatem facit superbia. et primorum miseri-
as quam insensibilitatem causat auaricia.
Quarto paralisis causat priuationem
caloris naturalis. Sic etiam de uolu-
ptuose pigro dicit puer. xv. propter fri-
gus piger arare noluit. mendicabit
terram. Quinto aufert spiritum vitalem
opationes anime deferentem quod etiam de
rationalis anime opationibus potest intelligi
apoc. iij. non habes quod viuas et mortu-
es. Sexto loquendi facultatem. sic ac-
cidia aufert orandi deuotionem. et tri-
buit malorum verborum loquacitatem quam
epulo diues in lingue cruatu sensit
puniri Lu. xvj. Tercio ostendit
in quo presentatus est paraliticus. quia in
lecto id est in quiete carnali. Ca. iij.
In lectulo meo quesivi per noctes
quem diligit anima mea. quesivi et non in-
ueni eum. huius autem lectuli sunt quat-
tuor pedes. videlicet sacietas ciborum mol-
licies indumentorum. desiderium otiorum.
et vanitas ludorum et spectaculorum.
In hoc iacebat sodomite. vnde ezech.
xvi. hec fuit iniquitas sodome for-
ris tue. superbia vite. saturitas pa-
nis abundantia et otium. O Quar-
to ostendit persona medicus. In quo
notat magna misericordia sapientia et potentia
misericordia ibi remittuntur tibi peccata
tua et infra. Vt autem sciatis quia si bo-
habet potestatem in terra terram. Dicit
in terra. quia non in celo dimittit. nec
in inferno damnatorum. nec in infer-
no puerorum. nec sicut quosdam in pur-
gatorio licet ibi penam luant pro hic com-
missis. sed solum in terra est remissio